

BREVE  
DIREC-  
TORIVM AD CON-  
FESSARIUM AC CONFITENTIS MVNVS RECTE  
obcundum, M. Ioanne Po-  
lanco Theologo Soci-  
etatis IESV  
authore.

Item  
DE FREQVENTI VSV SAN-  
ctissimi Eucharistiæ Sacramenti libel-  
lus, per D. Christophorum Ma-  
dridium Doctorem Theo-  
logum Societatis  
IESV.

COLONIAE  
Apud Maternum Cholinum  
Anno M. D. LX

Coll. Soc. IESV. Salm. ex dono Regum



## AD LECTOREM.

**I**Nter cætera pietatis officia, in quibus Societas Iesu pro data sibi à diuina liberalitate gratiæ mensura, versari solet, illud sanè audiendarum confessionum, quod ad iuuandam hominum salutem imprimis est necessariū, frequentissimè obire cōsuevit. Cū igitur visum esset expedire, vt presbyteri huius Societatis diuersissimis orbis regionibus disiuncti, vnā eandemq; rationē in hoc ministerio gerēdo sequerentur, quemadmodum vno atq; eodem spiritu ad promouendam hominum salutē ducuntur, datum fuit mihi negotium à R. P. nostro Præposito, vt quā aptissimo ordine possem, in compendium ea redigi curarē, quæ partim lectiōe, partim obseruatione, crebrisq; tū meis tū aliorū experimentis vtilia esse & cōfessarijs & confitentibus comperissem. Vt esset o. nibus facertotibus nostræ Societatis vna proposita regula, ad quā præcipuè, quæ ad hanc functionem pertinet, dirigeremus: seruantes eam vniōnem in illa exequenda, quam omnibus

# CAPVT PRIMVM, DE CONFESSARII CV- ra circa personam suam, ac primò de scientia.



**Q**VOD ad confessarij per-  
sonam attinet, vt rectè &  
securè suo fungatur offi-  
cio, quinque (vt ferè o-  
mnes consentiunt) ei ne-  
cessaria sunt, scilicet, scientia, potestas,  
bonitas, prudentia, secretum. Ex qui-  
bus tamè, quædam ad ipsam Sacramen-  
ti huius administrationē sunt necessa-  
ria, quædam vt inculpatè ab ipso con-  
fessariò administrètur, quædam vt de-  
corè, & cum fructu magno animarum  
administrentur.

Ac primo quidem loco scientia ne-  
cessaria est eatenus, vt à non peccatis,  
peccata, & mortalia in communi vel ex  
genere, à venialibus discernat. Ex ge-  
nere sunt mortalia, quæ contra charita-  
tem Dei, & proximi admittuntur, q̄  
intelliget̄ videndo, an sint contra præ-  
cepta iustitiæ vel religionis, contra vo-  
tum,

DE  
FREQUENTI  
VSU SANCTISSIMI EV-  
charistiæ Sacramenti  
Libellus.

PER R. P. CHRISTO-  
phorum Madridium Docto-  
rem theologum Socie-  
tatis I E S V.